Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8162
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Flores medicine

160

puloz ꝛ maxime ex causa calida. Succus herba viridis vel flos eius siccatus aut recens cum modico aque tepide sumat. Ad asmaticos Succus aristologie sumat. Ad pleuresim herba ipsa cum aqua tepida contridat ꝛ p panni expressa bibat. Hoc idem prodest contra frigiditem.

Item decoctio marrubij totius herbe aut solius seminis prodest asmaticis ꝛ etiam ptisicis. si vero fiunt ubi inicit. Ad dolorem lateris mel cum succo marrubij conducit bibat. Contra tussim veterem globulos fac puros de radice viridis herbe ꝛ perforatos in filo, ꝛ collige ꝛ repone, ac desicat. postmodum tolle ꝛ in vino bono decoque ꝛ bibe multum confert. Ad sanitatem pectoris pulverem predictorum globulorum cum vino sumes. Ad tussim ꝛ emoptoicos. Pulvis radicum enule cum melle sumat. Ad tussim ꝛ ptisim. Ysopus decoquat cum melle ꝛ fiat sirop ꝛ hoc decocto sumat multum confert. Et si pter tussim aut ptisim pteridia dolent ysopi decoctio in vino sumat. Item ad pteridia dolentia prop humores viscosos ꝛ ventositates inclusas. fit pigatio cum asero, deinde pigationis ppacione infra dicet. Item metal cum aceto mixtum ꝛ contritum sumptum prodest emoptoicis. Item radix dracontie assata ꝛ cum vino modico contrita sumat. prodest ad tussim. ad emoptoicos ꝛ ad pectus. Item Succus bene in potu sumptus cum modico ꝛ leni aceto prodest omnibus morbis pectoris ꝛ epatis ac pulmonis. Item Succus gemmadree cum tepida aqua sumptus confert contra tussim. Ad emoptoicos cuminum cum pulsa semper potatum primum est remedium. Ad puritatem pectoris ex distillacione vine. Succus spiracardi bibat. Ad tumorem pectoris ꝛ cardiacum sine ad saltum cordis. Spiracardi contritum cum aqua frigida bibat. Ad emoptoicos valde bonum. Thus contritum ꝛ cum oleo rosaceo inclusum in vino dissolvat. vel in lenem aceto ꝛ sumat. Ad tussim pulegium cum vino contritum bibat. Item portulacam sepe comedere multum prodest emoptoicis. In omnibus antidotis ptisicorum prodest addere oleum rosaceum. Ad viscosos humores pectoris ꝛ multitudinem sputi. pulvis satiregie in vino ꝛ melle desumpto contritus sumat. Item ad tussim. Succus salvie tepidus sumat cum vino. Ad emoptoicos astricum cum vino tepido contritum sumat. Item ad dolorem lateris. ex oppressione pectoris. Cerefolium cum vino contritum bibat. Ad omnes dolores pectoris. herbam aut semen nasturtij decoque in recenti lacte caprino ꝛ da bibere multum confert. Semen ipsius cum melle sumptum prodest